Ave ſanctiſſima virgo maria.
mater domini noſtri ihū xpi. re
gina celi. porta paradiſi. pul
cherrima domina mundi. Quia

tu omniũ virginũ puriſſima ſine peccato
cõcepta. Tu concepiſti dnm̃ nr̃m ihm̃ xpm̃
ſine pccõ. Tu peperiſti creatorem et ſaluatorẽ
mũdi in quo non dubitamus. Rogamus te
libera nos ab omnib[9] malis. et ora pro peccatis
noſtris. amen. Aue m̃. Salutaͦ ad btã vĩr mari
AVe cuius conceptio. ſolemni plena a.
gaudio. celeſtia terreſtria. noua replet le
titia. Aue cuius natiuitas. noua fuit
ſolemnitas. vt lucifer exoriens. verum ſolem
pueniens. Aue pia humilitas. ſine viro fecũ
ditas. cuius annunciatio. nr̃a fuit redemptio.
Aue vera virginitas. immaculata caſtitas.
cui[9] purificatio. nr̃a fuit purgatio. Aue pcla
ra oĩb[9]. angelicis virtutib[9]. cuius fuit aſſũptio.
nr̃a glorificatio. V. Ora p nob ſcãſſima dei ge
nitrix. vt digni ef. pmiſ. x. Oreͦ. Deus q̃ nos
conceptionis. natiuitatis. annunciationis.
purificationis. et aſſumptionis btẽ marie vir
ginis gaudia recolendo letificas. ꝯcede nob ſic
ei[9] laudib[9] digne inſiſtere. vt eam in oĩ neceſ
ſitate et anguſtia. pcipue in hora mortis aſſiſ

tentē et auxiliatricē sentiam⁹. et tecū postmortē
ꝑ ipsā et cū ipsa gaudere merear ī celis. Aue ma.
1 Virgo maria Orō deuota de nostra dnā.
mediatrix nr̄a. oro te mat̄ scā. Ut sicut deus
pr̄ scd̄m omnipotentie sue magnificentiā animā
tuā secū in throno dignissimo sublimauit ho
nore. ita ut post ipsum sis potentissima ī celo
et in t̄ra. Adesto michi in hora mortis ꝯfortan
do et expellendo a me omnē contrariā potesta
tē. Aue mā. Intemerata dei genitrix. oro te
o benigna. ut sicut filius dei scd̄m sue īscru
tabilis sapientie ꝑualentiam scientia et intel
lectu. te artificiosissime decorauit et totā reple
uit. ut supra omnes scōs maiori cognitione
fruaris beatissima trinitate. et qui tanta te
claritate illustrauit ut velut sol radiens in vir
tute totū celum illumines. in hora mortis a
nimā meā lumine fidei et cognitionis ꝑfunde.
ne fides mea ignorantia aut aliquo errore
temptet᷑. Aue mā. Genitrix vite. oro te scā ma
ria ut sicut spiritꝰ scs̄ suauitatē sui amoris
plene tibi infudit. et tam suauissimā et mi

tiſſimã effecit. ut poſt deũ dulciſſima ſis et benigniſſima aſſis michi in hora mortis infūdendo aĩe mee ſuauitatē diuini amoris. qui tantũ pualeat in me. ut oĩs pena et mortis amaritudo. ex amore michi ſit pſuauis. aᵐ. Aue mã. Salue regina mĩe vita dulcedo et ſpes nr̃a ſalue. ad te clamamus exules filij eue. ad te ſuſpiramus gementes et flentes in hac lacrimarum valle. eya ergo aduocata nr̃a illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte. et ihm̃ benedictum fructũ ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtende. o clemens. o pia. o dulcis maria. ℣. Ora pro nobis ſcã dei genitrix. ut dig. ef. pmiſ. xρ̃i. Oremus Concede nos famulos tuos q̃s dñe deus. ppetua mentis et corporis ſalute gaudere. et gl'oſa bt̃e marie ſemp virginis interceſſione. a pſenti liberari triſticia. et etia pfrui leticia. p xp̃m dñ. n. Aᵐ. Aue mã. Salutaᵒ ad btã̃ vĩgĩ mariã.

Hec fuit pma ſalus. qua vincit hoſtis malus. remordet culpa noxia. iuua nos aue maria. Maria dñi ſalutaris. ab angelo ſic vocaris. nomē tuũ

demonia. repellit aue maria. Gracia ſancti
ſp̄s. fecundauit te penit⁹. graciaꝝ nūc ꝑmi
a. da nob aue maria. Plena tu es virtutib⁹.
pre cunctis celi ciuib⁹. virtutes et auxilia. p̄
ſta nūc aue maria. Dn̄s ab īicio. deſtinauit
te filio. tu es mat̄ et filia. prefelix aue mā.
Terrā letant̄ angeli. et exultent archāgeli.
celi celorum curia. o dulcis aue maria. Be
nedicta ſemꝑ eris. in t̄ris et in ſupis. tibi
nullus in gloria. compareſt aue maria. Tu
cū deo coronaris. et veniam ſeruis paris.
fac nob̄ det̄ venia. pc̄ib⁹ aue maria. In gen
tes mouent ꝑlia. mund⁹ caro demonia. ſed
defende nos o pia. o clemens aue maria.
Mulierib⁹ omnib⁹. repleris ſummis opibus.
reple nos tua grā. egentes aue maria. Et
poſt partū velut prius. virgo manens et fi
lius. deſcendit ſicut pluuia. in vell⁹ aue mā.
Benedict⁹ ſit filius. adiutor et ꝓpicius. adiu
trix et ꝓpicia. ſis nobis aue maria. Fructus
tuus tam amauit. qđ in te non deſponſauit.
vt parentū obꝓbria. deleret aue mā. Ventris

claustru̅ baiulauit. ihm̅ qui nos sorde lauit.
hu̅c exores voce pia. pro nob̅ aue m̅a. Tu vi
torie speculu̅. clarifica hoc seculu̅. vicioꝝ fla
gicia. purga nos aue m̅a. Ihs saluator filius
pducat nos supius. vbi regnas in gl̅a. meri
tis aue m̅a. Amen est finis salutis. aperiens
voce̅ mitis. aperi nob̅ maria. celi portas et
gaudia. amen. Ite̅ de beata virgine maria.

1 Aue virgo graciosa. stella sole clarior.
Mat dei gloriosa. fauo melle dulcior.
Rubicu̅da plus q̅ rosa. lilio candi
dior. Tu es valde speciosa. cunctis spe
ciosior. Imperatrix es in polo. regens sine ter
mino. Te adoro terre colo. sicut iure debeo. Te ne
gare mat̅ nolo. q̅uis grauior vicio. Te laudare
semp volo. licet non sufficio Eua seua nos
tenera. fecit miserabiles. Tu es nob̅ dulcis he
ra. nos confortans flebiles. Nob̅ illa fuit fera. sed
tu mat̅ mitis es. Aue aue mat̅ vera. aue plus
q̅ centies Aue cella castitatis. paradisi ianu
a. Aue templu̅ deitatis. aue solis regula. Aue
portus naufragantis. aue yesse virgula. Aue sple̅

dor bonitatis. aue plena gra. Aue vas sinceritatis. lux lucens in tenebris. Aue stella claritatis. luna sine nebulis. Aue decus sanctitatis. virgo venerabilis. Aue nympha venustatis. honor nostri generis. Aue lampas lux celorum. laus et decus martyrum. Thesaurus apostolorum. spes communis omnium. Tu flos florum fons ortorum. lauans sordes criminum. Pax et honor confessorum. pulchritudo virginum. Tu es seruis adiuuamen. nutrix in periculis. Tu es lapsis releuamen. medicamen languidis. Mestis dulce solamen. pia mater orphanis. Mater christi virgo tamen. nulla tibi similis. Salutata sic fuisti. aue gratia plena. Verbo carnem concepisti. virgo viri nescia. Ihesum cristum peperisti. qui saluauit omnia. Et post partum permansisti. virgo semper integra. Te maria salutauit gabriel archangelus. Et mox tibi obumbrauit. virtus sancti spiritus. Ventrem tuum fecundauit. summi patris filius. Sed te numquam violauit. sicut omnes credimus. Virgo paris contra iura. cum pudoris lylio. Hoc precessit in figura. certa sine dubio. Usus tamen et natu

ra. ſtupet atq; ratio. Et tu manes virgo
pura. nato tuo filio Corpus tuum plene geſſit.
ſi quis querit quomodo. Verbum venit et receſ
ſit. clauſo tuo thalamo. Venter tuus ſic tumeſcit.
ſine viri vicio. Illud credo q̄ nimis neſcit. experim
ratio. Tu es virgo ſingularis. felix mulier
cula. Tu es clara ſtella maris. tu es yeſſe virgu
la. miro modo natum paris. ſine patris copu
la. Tu es facta mater maris. ſine maris macu
la. Tu es nitens et ſerena. te collaudant an
geli. Tu es vera vitis vera. laus totius po
puli. Tu es feta virgo plena. ſpiritus paracliti.
xp̄m paris ſine pena. ſaluatorem ſecli Regi Tu
na angelorum. atq; mundi dn̄a. Imperatrix
infernorum. hera ſublimiſſima. Vera mater or
phanorum. piarum piiſſima. Vera ſalus inferno
rum. ſana mea vicia. Me merentem et lugentem.
pia mater reſpice. Sanes in te confidentem. mater in
dulgencie. Peccatorem penitentem. ne damnes
pro crimine. In te figo meam mentem. noli me
relinquere. Nunquam ſinas me perire. ſine ad
iutorio. Me digneris exaudire. quando te vo

rauero. Et me tibi fac seruire. hic q̄d diu fue
ro. Vitā meam q̄z finire. in tuo seruitio. Me
digneris expurgare. a fece peccaminū. Credo
q̄ me demunare. non vis ꝓpt' vicium. O ma
ria recordare. q' vidisti filium. ligno crucis
expirare. vt saluaret seculum Iuxta crucē
astitisti. corde gemens anxio. Natū tuū res
pexisti. mori in patibulo. Dolor quē tūc habu
isti. maior est martirio. Sed gauisa tu fuisti.
resurgente filio O maria mat' xp̄i. pro me na
to supplica. Que lactasti quem fouisti. sibi
p̄bens vbera. Morientem quem vidisti. p mea
miseria. Peccatori michi tristi. vt donet reme
dia Bona mater me tuere. me labentē erige.
Sum peccator miser vere. ad te conor fugere.
Rei mei miserere. quem grauant miserie. fac
me digne penitere. dum est temp' venie O
maria languidorum. dulcis ꝯsolatio. Tu ad
iutrix miserorum. michi sis ꝓtectio. Misera
trix miseroꝝ ad te miser fugio. Tolle pond' pec
catorꝝ. qd' indignus ꝑfero Imperatrix regi
narꝝ. dulcis et mitissima. Flos et gemma puella

rū. michi sis ꝓpicia. In hac valle lacrimarū.
quid nisi miseria. Crimen feci sed non paruū.
miserere dn̄a. Ego miser vixi male. peccans
sup numerum. Et ꝑ culpis infernale. me
rui supplicium. Nūq̄ tamen feci tale. neq̄
tantū vicium. Quin tu possis etiale. lar
giri remedium. Sed non vis q̄ moriatur
pec̄or pro crimine. Ymmo vis vt ꝯuertatur
et viuat perpetue. Ergo ꝑ te largiatur. mun⁹
īdulgentie. Spacium q̄ ꝯcedatur. vere penitē
tie. Dulcis mater hoc impende. qd̄ est necessa
riū. Hora mortis metuende. michi fer auxi
liū. A gehenna me defende. malignor demo
nū. Me duc tecum et ostende. michi tuū fi
liū. O virgo dulcissima. me ducas ad gau
dia. Me p̄sentes filio. cuius dulcis visio.
Vita est et gl'a. p infinita sc̄l'a. amē. Flos
flor. fons ortorum. regina polorum. Spes
venie. lux leticie. medicina dolorum. Virga
recens. et virgo decens. et forma bonor. Par
ce reis. et opē fer eis. in pace piorum. Pasce
tuos. succurre tuis. miserere tuorum.